



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 10. Induciarum Articuli Cæsarem inter & Gallos initi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. met de iis Papam certiozem redderet.
A. C. 1556. Equidem Paulo IV. ea res fatis mira videbatur, nec tamen inde se moveri simulabat, spe fretus, quod Cæsar, atque Angliæ Rex hæc inducias propositis conditionibus gravatas constanter rejecturi essent, attamen sua eum fefellit opinio; Cæsar enim induciis assensit, veritus, ne Philippus sub primis imperii sui auspiciis sese bello implicaret, quod ob virium, atque experientię defectum forte ipsi funestum accidere posset.

§. X.

Induciarum articuli Cæsarem inter, & Gallos initi.

Thu. l. c.
Adrian. l. 13.
Belcar. l. c.

Itaque opera Cardinalis Poli induciæ firmantur, & utrinque delegati mittuntur. Hos inter Galliarum Regis nomine aderant Caspar Colinius maris Præfectus, & Sebastianus Albaspineus libellorum supplicum Magister: Cæsaris autem, & Philippi nomine Carolus Lalanius Comes, Simon Renardus, Carolus Tisnacus, Philippus Bruxelensis, & Joannes Baptista Schiccius juris Consultus Cremonensis conveniant, qui ineunte hoc anno congregati post diuturnas altercationes tandem in hæc pacta consenserunt. I. Terra, marique tam in Belgio, quam per Italiam,

&

& loca utriusque Regis ditioni sub-
 jecta induciæ in quinque annos sint,
 quibus ab armis utrinque abstinenceatur.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1556.

II. possessionem interea quisque eorum,
 quæ belli tempore occupaverat, retineat.

Hoc ultimo articulo Gallis quietam
 adjudicabatur possessio eorum, quæ in
 Pedemontio olim occupabant, atque
 eo adhuc tempore in Etruria posside-
 bant: insuper eis quoque omnia, quæ
 in Corsica Infula ceperant, necnon Ma-
 riaburgum in Belgio, Tullum, Viro-
 dunum, & Metis in Lotharingia asse-
 rebantur. His quoque pactis compre-
 hensus est ab utraque parte Pontifex:
 exclusi vero a Cæsare Neapolitani, ac
 Siculi exules: comprehensus autem
 fuerat a Rege Albertus Marchio Bran-
 deburgicus, sed postea convenit, ne
 ejus mentio induceretur, eo quod citra
 Imperii præjudicium induciarum bene-
 ficio uti non posset, nisi prius revocata
 proscriptione ipse Imperio reconciliatus
 esset. Conventum item, ut pro Epo-
 redia, & Augustana valle a Gallis hoc
 ultimo bello occupata Rex Sabaudia
 Duci quamdam pecuniarum Summam
 singulis annis numerari juberet, quæ
 Lugduni duabus pensionibus accurate
 perolveretur. Id Actum est die quinta
 Februarii.

§. XI.